

illis consultorum copiae adsint neque de futuro quis-
2 quam satis callidus satisque prudens sit. quin etiam
saepe prava magis quam bona consilia prospere eve-
niunt, quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat.
3 sed mihi studium fuit adulescentulo rem publicam ca-
6 pessere, atque in ea cognoscenda multam magnamque
curam habui: non ita ut magistratum modo caperem,
quem multi malis artibus adepti erant, sed etiam ut
rem publicam domi militiaeque quantumque armis viris
4 opulentia posset cognitum habuerim. itaque mihi multa
11 cum animo agitanti consilium fuit famam modestiam-
que meam post tuam dignitatem habere et quous rei
lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriae
5 acciderit. idque non temere neque ex fortuna tua de-
15 crevi, sed quia in te praeter ceteras artem unam egregie
mirabilem comperi, semper tibi maiorem in adversis
6 quam in secundis rebus animum esse. sed per ceteros
mortalis illa res clarior est, quod prius defessi sunt ho-
mines laudando atque admirando munificentiam tuam,
1 quam tu [in] faciundo quae gloria digna essent. 2. equi-
21 dem mihi decretum est nihil tam ex alto reperiri posse,
2 quod non cogitanti tibi in promptu sit. neque eo quae
visa sunt de re publica tibi scripsi, quia mihi consilium
atque ingenium meum amplius aequo probaretur, sed
25 inter labores militiae interque proelia victorias impe-
3 rium statui admonendum te de negotiis urbanis. nam-
que tibi si id modo in pectore consilii est, ut te ab
inimicorum impetu vindices quoque modo contra ad-
versum consulem beneficia populi retineas, indigna